

QUAESTIONES

DE DISCIPLINA CLERI ET POPULI CHRISTIANI.

SCHEMA DECRETI

DE CATECHETICA POPULI CHRÆSTIANI INSTITUTIONE

ET

DE CURA ANIMARUM ET COMMUNISMO.-

Propositum a Commissione de Disciplina Cleri et Populi Christiani.

Quoad primum Schema De Catechetica Populi Christiani institutione, PLACET IUXTA MODUM, id est, iuxta propositiones factas ab Emmis. Cardinalibus Liénart, Spellman, Richaud et Ruffini.- Iuxta observationes has mihi insistere liceat : 1) in necessitate ut declaretur et exponatur in Relatione novi Schematis nexus existens inter institutionem catechetica[m] et apostolatum.-

2) in praeparatione obligatoria ad matrimonium.  
3) ut simul cum instructione catechetica aliqua praeparatio apologetica addatur.

Quoad secundum Schema : De Cura Animarum et Communismo, credo, uti alii Patres Concilii, quod necessarium est ut tantummodo unum schema sit circa has quaestiones; sed, semper quod attendantur omnino observationes factae ab Emmo. Cardinali Ottaviani hac in re.-

Denique humillime adhaerere mihi liceat propositioni Emmi. Cardinalis Frings propter rationem allatam ab Emmo. Cardinali Bea. De gravi necessitate agitur reducendi schemata, vitando nimis generalia et particularia, secus confusio magna in ipsomet Concilio erit.-

A l a p h r i d u s   S i l v a   S a n t i a g o

Archiepiscopus   Ssmae.   Conceptionis